



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

III. Antiqua regula, majorem sedem à minore non judicari, ex Cyrillo,
Concilio Ephesino, & Chalcedonensi, & Pelagio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

literis Regis evocati cum se Romam conferrent, Theodoricum Ravennae commorantem invifunt, & Romanæ fedis Sacerdotem à minoribus Epifcopis judicari non poffe significant: Nec antedictæ fedis antiftitem minorum fubjaciffe iudicio, in propofitione fimili, facile forma aliqua teftaretur; ut docet Romana Synodus III. habita anno quingentesimo fecundo. In eam fententiam conceffit ipfa Synodus: quæ ita Decretum fuum temperavit, ut liberum & immunem à criminibus Symmachum pronuntiaret, quantum ad homines refpicit; fed totius negotij examen arbitrio divino dimifit, cum legatione fua prius monuiffet Senatam Romanam, qui difcuffionem accufationis urgebat, auctoritatem fedis injuftis illis defideriis obftare. Etenim tunc ab omnibus publice afferrebat, fedis apoftolica Prefulem

non poffunt qua ratione in illam cauffam ne leviter quidem potuerit inquirere. Quod Synodus ipfa venerabilis, inquit Avitus, laudabili conftitutione profpicens, cauffam quam, quod falva ejus reverentia dictum fit, penè temerè fufceperat inquirendam, divino potiùs fervavit examini; perstringens tamen prout breviter potuit, nihil vel fibi vel gloriofiffimo viro Theodorico Regi de his qua Papa dicebantur objecta patuiffe. Nolo epiftolam integram tranfcribere, quæ abundè mentem omnium Gallicanorum Sacerdotum explicat: qui concedunt quidem in ceteris Epifcopis, fi quid nutaverit, poffe reformari: At fi Papa Urbis vocatur in dubium, epifcopatus jam videbitur, non Epifcopus, vacillare.

minorum nunquam fubjaciffe fententiæ, ut è Libello accufatorum refert Ennodius Ticienfis in Apologetico; qui robuiffimis verbis eam afferriorem firmavit, quæ & à Synodo quinta Romana probata eft cum integro Apologetici libello, & deinde à Collegiis in corpus Canonum relata. Aliorum, inquit, forè hominum cauffas Deus voluit homines terminare; fed fedis iftius Prefules fuo fine queftione refervavit arbitrio. Voluit B. Petri Apoftoli fucceffores celo debere tantam innocentiam, & fubtiliffimi difcufforis indagini inviolatam exhibere confcientiam. Hujus autem privilegij ratio inde peritur ab Ennodio, quòd Romanus Epifcopus fit Caput omnium Sacerdotum: Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem fedis ejus factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium eft ubique fubmittitur, dum totius Corporis Caput effe defignatur.

III. Sanè non omnino aliena videtur à veterum difciplina, Synodi Romanæ, Ennodij Diaconi, & Aviti Viennenfis assertio; fcilicet ex eo capite infcriptum adversus Romanum Epifcopum crimen non fubjacere fynodorum iudicio, quòd major à minore judicari non debeat. Hoc fundamento enim, inter cetera, nititur Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, cum in Concilio Ephefino de temeraria & præcipiti adversum fe & Memnonem Ephefinum à Ioanne Patriarcha Antiocheno lata de pofitionis fententia conqueritur; nempe, quòd adversus Majorem Thronum pronuntiari. Sedes enim Alexandrina fuperiorem locum præ Antiochena juxta Nicænam Synodum obtinebat. Rationem iftam non contempfit Synodus Ephefina; quinimò ut vitium hujus fententiæ Celeftino Pontifici probaret, hinc oritura difcordiarum femina profitetur, fi Majores fedes injuria affiendi facultas detur. Concilium Chalcedonenfe in eandem confpirat fententiam, cum inter præcipuas damnati Diofcori cauffas hanc recenferet in Relatione ad Leonem, quòd excommunicationem adversus eum defignaffet cui vineæ custodia à Domino credita eft, quique indefeffam uniendæ Ecclefie curam gerit, id eft, adversus Leonem. Non enim de injufta excommunicatione conqueritur, fed de Diofcori audacia, qui contumaci animo fuperiorem Pontificem excommunicationis meditata contumelia læfit, quam de pofitione Diofcoriulti funt Patres; adeo ut Anatolius Epifcopus Constantinopolitanus dixerit: Propter fidem non eft damnatus Diofcorus, fed quia excommunicationem fecit Domino Archiepifcopo Leoni, & ter vocatus, non accessit. Ceterum excommunicatio illa in Leonem à Diofcoro deftinata, non decreta fuit in Concilio Ephefino I I. ut multi fufpiciantur, fed

Quinta Synod. lib. Syn. Hic Libellus congerimus fyncaliter ab omnibus fignatur, & ita fine herem fyncaliter dicitur habetur.

Ennodius in Apol. c. Aliterm. 9. q. 3. apud Gra.

Avitus Epifc. Vien. epif. 31.

Libellus Cyrilli patri. a. Conc. Eph. A. 4. pag. 219. a. 2. M. 1. v. 2. 1. 2.

In ep. Synodi Eph. ad Celest. A. 4. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Relatio Concilij ad Leonem: & de pofitione q. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

in conventu furtivo & clandestino aliquot Episcoporum Nicææ habito, ut docet Libellus Theodori Diaconi Alexandrini, Act. III. Concilij Chalcedonensis. Ex eo Pelagius I. Childeberto Regi scripsit anno D L V I I. adversum esse ecclesiastica legi quod ipse jussèrat, ut Sapaudus Arelaten-sis Episcopus, *cujus Ecclesia in Gallicanis re-gionibus primatus privilegio & sedis apostolica vicibus decoratur*, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in judicium sequentis civi-tatis Episcopi judicandus occurreret.

I V. Ex eo colligere possumus, secun-dùm veteris disciplinae ordinem Romanam sedem, quæ major est & prima, à ceteris Episcopis judicari non posse. Vnde fluxit decantatum illud verbum, quod extat in Actis Sinueslanæ Synodi in causa Marcel-lini Pontificis coactæ anno C C C I I I. *Prima sedes non judicabitur à quoquam*. Scio qui-dem à viris eruditis hæc Acta revocari in dubium, quasi à Donatistis conficta. Sed fatendum est, antiquitatem quandam redolere, licet quamplurimis mendis sca-teant. Pronuntiatum istud, primam sedem à nemine judicari, reperitum est in Synodo Romana sub Silvestro, canone ultimo; cum illa adjec-tione, *ut neque ab Augusto, neque à populo judicetur*. Sed viri emunctioris judicij hunc factum ut adulterinum damnant, & inter ceteras Isidorus Mercatoris quisquilias reponunt. Moverant bitem Hinmaro cano-nones istius Romanæ synodi sub Silvestro, adeo ut nullam illis fidem in judiciis haberi velit; quia scilicet omnes ferè istiusmodi definitiones antiquis canonibus repugnent. Prætermitto discussionem ceterorum arti-culorum, dum mihi veniã lectoris liceat canonem ultimum dispungere. Scilicet ha-riolos esse oportuit Episcopos, qui non so-lùm ab Augustorum Consistorio, qui Ro-mæ, tempore Silvestri, imperabant, sed à Regum judiciis Romanum Pontificem im-munem esse decreverunt, cum Reges Ro-mam non tenuerint, nisi ducentis ferè post hæc annis elapsis, imò verò in contrarium Silvester ipse exemplo suo statuerit.

V. Etenim, ut loquitur Romanum Con-cilium in epistola ad Gratianum, *Silvester Papa à sacrilegis accusatus, apud parentem ve-strum Constantinum causam propriam profecutus est*. Occasio hujus epistolæ scribendæ inde orta est, quòd Vrsinus tories à Principibus & à Damaso Pontifice damnatus, dolos composuisset, quibus sancti Pontificis ca-put petebatur; adeo ut accusatores subor-naret, qui crimina Damaso intenderent, ea fraude videlicet, *ut dum causam dicit qui in*

omnes iudex fuerat constitutus, nemo esset qui de lapsis vel de factiosis possit episcopatus inva-soribus judicare. Iudicio Imperatoris proba-ta quidem innocentia Damasi; sed post sen-tentiam, à Principe flagitandum putavit Concilium, ut Damasus, qui ceteris Epi-scopis cum esset æqualis munere, præro-gativâ tamen apostolicæ sedis excelebat, non esset iis inferior qui judiciis publicis beneficio legis à Gratiano latæ non erant subiecti. Perunt ergo, ut causa Da-masi, si quæ inciderit, in Concilio judi-cetur, quemadmodum in ceterorum Epi-scoporum causis fieri solebat; aut saltem in Consistorio Principis causam suam de-fendat, non apud magistratus. Ad quæ-stionem quam discussio valde confert ut se-veriùs examinentur verba hujus epistolæ: quæ ita castigata sunt, ut nihil de digni-tate Pontificis Romani remittant, licet ad rationes temporum sint accommodata. Cognitionem illam Principibus à Damaso arrogari, Damasum feverioribus Episcopo-rum judiciis se ipsum dedere pronuntiant, non autem cognitionem illam in arbitrio Prin-cipis aut Episcoporum esse positam; ita ut privilegium illud primæ sedis in mente ha-buisse patres illos non absurdum mihi vi-deatur. *Severioribus se dedit ipse judiciis Sa-cerdotum*, inquit illi. Subjungunt verò: *Accipite aliud quoque, quod vir sanctus vestre magis conferre pietati quam sibi prestare desi-derat, nec derogare cuiquam, sed Principibus adrogare. Quoniam non novum aliquid petit, sed sequitur exempla majorum, ut Episcopus Romanus, si Concilio ejus causa non creditur, apud Consilium se Imperiale defendat*.

V I. In causa Symmachi quanta fuerit Gallicanæ Ecclesiæ pietas, docuit Avitus, cum majorem & eminentiorem Pontificem ab inferioribus judicari non posse contenderet. Iisdem vestigiis hæserunt Episcopi & Proceres Francorum, unâ cum Romanis, in causa Leonis III. qui variorum criminum accusatione petebatur. Etenim cum fre-quentes adessent in Concilio Romano, præ-sente ipso Carolo Francorum Rege, in has voces eruperunt, quas retulit Anastasius: *Nos sedem Apostolorum, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audemus. Nam & ab ipsa nos omnes & ab ejus Vicario judica-mur. ipsa autem à nemine judicatur; quemad-modum antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse Sum-mus Pontifex censuerit, canonicè obediemus*. Leo tamen Pontifex, ne ulla suspicio penes Ecclesiam reliqua esset, etsi nemo accusa-tionem illatam peragere vellet, adhibitis Evangeliiis & aliquot testibus suæ famæ ad-stipulatoribus, ambonem ascendens, obje-cta

Ab III Conc.
Chalc. dia. 100
p. 118 & 119
de Discepulis
et de Turca; de
Christo et de I.
mis et de K. V. p.
L. 1000 et de Ar.
XII. 1000 et de Ar.

Synodus Romana
sub Silvestro can.
ult.

Hincmarus ep. 7.
cap. 21. & seqq.
edit. Mog. Quæ-
stionem quasi in au-
thenticitate præferat
sanctum Silve-
strum Papam de-
crevisse talia que
Catholica Ecclesia
inter synodalia
decreta non con-
putat.

Epistola Romani
Concilij ad Gra-
tianum, edita à R. P.
Sim. in Appendi-
ce Cod. Theodof.

Anastasius in vita
Leonis III. an.
800.